

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies octavus et nonus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1865 [erschienen] 1866

Vita Ex Polonico P. Freder. Schembek Interprete prænob. D. Andrea
Ustrzycki Polono.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72229](#)

A BEATUS
JOANNES LOBEDAW

THORUNENSIS
Religiosus sancti Francisci Sacerdos,
Unus ex vetustis SS. Patronorum Prussiae,
S. Juttae de Sangerhausen olim confessarius,

NAUTARUM

Aliorumque navigantium singularis Patronus,
Culmæ in civitate episcopali Prussiae
Apud Fratres Religionis sue requiescens
Miraculis clarus,
Nunc post recentem antiquæ erga illum Devotionis renovationem
Fusius secundo descriptus.

B 12 Viguerat porro vetustissima Culmensem, aliorumque erga Beatum veneratio, donec seculo XVI furibunda Lutheranorum heresis in sacra quævis sacrilegas manus injicere, et ædem D. Jacobo sacram, in qua B. Joannis ossa servabantur, in stabulum convertere non reformatarit, Patresque Franciscanos post ludibriæ varia monasterium suum deserere atque alio commigrare coegerit. Quibus quidem impiis hereticorum machinationibus primævus ille B. Lobedavii cultus adeo fere ex hominum memoria fuit deletus, ut prædicti Patres auctoritate illustrissimi Petri Kostka (Paulum eum vocat Christophorus Hartknoch in Selectis Dissert. de rebus Prussicis, Dissert. 14, dicitur, illum anno MDLXXIV ab Henrico rege istius Cathedræ præsulem fuisse designatum) ex Polonia Culmam accersiti, et antiquo Ordinis sui monasterio restituti, non prius in Beati notitiam decenerint, quam casa impie ab hereticis fabula de Joanne quodam mercatore, in templo cathedrali olim sepulto, ansam iis præbuerit tam solerter ex senioribus Culmæ incolis de B. Joanne, ejusque sepulchrali loco inquirendi, ut tandem sub pavimento novi templi fragmenta quædam ornatae stellulis tumulæ, et confusa sub eis ossa repererint, variasque exinde pro innovanda Beati veneratione informationes (ul vocant) conferent obtulerintque. Quod cum saepius, sed irrito semper labore, Patres illi fuerant agressi, denum, exardescente quorundam Canonorum et aliarum illustrium personarum pietate, Decretum pro Beati veneratione renovanda juxta Bullas Pontificis Urbani VIII ab illustr. Joanne Lipski, a Culmensi et Pomesanæ cathedra ad archiepiscopatum Gnesnensem tunc temporis designato, latum est trigesima Octobris die anni 1638, statimque die sequenti, qui Dominicus erat, in templo PP. Franciscanorum celebrato prius Sacro, et audita de processu hujus negotii concione, præfatus Presul decretum illud executioni mandari, ac Beati effigiem populi venerationi rursum exponi jussit.

solemnis

C 13 Mox, ut ad restauratum tam solenniter B. Joannis cultum Culmensem aliorumque amici ferventius incenderentur, laudatus saepius Fredericus Schembucus, jam ante, quas de Joannis sanctitate aliquot Culmenses et Pomesanæ Antistites instituerant, inquisitiones operose scrutatus, ex iis et antiquis de Beato in Prussia traditionibus brevem illius Vitam sermone Polono conscripsit, ediditque Thorunii eodem anno 1638. Hanc deinde ad majores nostros a Joanne Hanster presbytero transmissam latinitate donandam curarunt anno 1682, quo tempore Lovanii degabant prænobiles domini Andreas Vincentius Ustrzycki e præclara Polonæ familia oriundus,

et Jacobus Sznetla natione Pruthenus. Horum prior Polonicam Vitam in sermonem Latinum transtulit, nihil addens aut immutans, prout manus propria et oblati juramento testatur: posterior vero Latinum, diligenter relectum et cum Polonica accurate collatum, ab authentico suo in re nulla differre, asserit, idque jure pariter jurando, si opus sit, corroboraturum se, scribit Lovanio XIV Julii anni 1682. Porro monendus est Lector, Culmam fere ab interprete pro Culmza seu Culmenza perperam ponit: hic enim, quo jam a seculo XIII Henricus II Culmensem antistes episcopalem Cathedram, dimissa Culma seu Culmia, transtulera, in monasterio Franciscanorum B. Joannes terræ mandatus est. Plura huc spectantia exhibet Papebrochius in principio Commentarii ad Vitam. S. Juttæ tom. VII Maii fol. 602.

AUCTORIS
I. H.

VITA

Ex Polonio P. Freder. Schembek
Interprete prænob. D. Andrea E
Ustrzycki Polono.

CAPUT I.

B. Joannis patria, vita religiosa,
obitus, initium cultus.

T horunium civitas regia in districtu et episcopatu Culmensi a, in Prussia celeberrima, etsi multum claret propter complura sua decora, que habet tam ex rebus temporalibus, quam ex thessorio spirituali Reliquiarum SS. Ierosolyma illuc a Cruciferis b advectarum, et ex devotione erga illas populi Catholici inter Acatolicos; singulariter tamen gloriatur B. Joannis Minoritas presbyteri nativitas. Hic ex parentibus honestis ibidem ortus, et in timore Dei ab illis educatus, ubi adolevit sublimi et insigni ingenio, ex portu hujus terrestris civitatis, ad portum æternæ illius et celestis cor et mentem suam sepe elevavit, et a Spiritu sancto illuminatus cognovit, omne temporale bonum F simile esse aquis transseuntibus, ad quas c morabatur. Ab altera vero parte habebat præ oculis promissum Domini d in hoc et in altero mundo Matt. 19, 29, cuivis patrem et matrem, domesticos, et quidquid possedit, dereliquerunt: et quod status religiosus cum votis suis sit, et fuerit inventum Spiritus sancti, et non commutum humanum, ideo parentes, domum, et id, quod super terram habere potuit, Dei causa libenter dereliquerunt, et Ordinem S. Francisci, qui Thorunum e prius anno MCCCXXXIX, postea et Culmam ex Saxonia venerat, ingressus est, ibi f secundum regulam illam vivens Fratribus suæ religionis magnarum virtutum præludit exemplis, et procuranda secularium hominum saluti insignis doctrina variis modis mirifice studuit.

2 Jutta etiam sancta de Sangherhausen, Germana natione, vidua miraculis clara, sub illud tempus in sylvis Culmensibus degens, et Culmæ g post obitum requiescens, illo Confessario utebatur

Natus Thorunii a

varius virtutibus ac mira

AUCT. F.
SCHEMBECO

utebatur. Aliorum tamen saluti serviens, sollicite quoque propriæ animæ bonum curabat, multum ad amorem Domini, et humilitatem ejus imitationem seipsum excitans præcipua contemplatione, quod ille humanæ salutis causa parvulus nascitus sit, et maternis uberibus, veluti aliis infantibus, qui sibi consulere nesciunt, nutriti voluerit Dominus, qui omnem creaturam viventem pascit. Matris etiam ejus ineffabilem ex ejusmodi maternitate considerans dignitatem, et eamdem illi gratulans, ut sibi ambas illas a Filio impetraret virtutes *h*, humilime rogavit. Grata erat et accepta Domino devoio Joannis, cupiensque hoc illi declarare, aliquoties illi apparuit in eadem infantili specie in ulnis sanctissimæ Matris sue: sub cunctis visionis tempus audiverunt alii religiosi Fratres præ foribus cellæ Joannis discursus cum illo beatissimæ Virginis; et cum vocem muliebrem cognoscerent, mirabantur, quid illud esset *i*.

i Illius tamen spectata vita sanctimonia omnem illis cogitationem * exempt; nec persuadere sibi poterant, feminam illic esse posse. At Dominus, qui maxime sibi dilectos eodem, quo ipsi super terram erat, habitu induit (id est, columnas et detractiones ab aliis injuriosas super suos immittit, patientiam illorum probans et cordis afflictione constantiam, amoremque erga detractores et sugillatores, in maiorem sui similitudinem) idem cum hoc servo suo fecit. Cum enim tempore quodam non vocem tantum muliebrem, sed vagitus etiam infantilem palam in cubiculo illius oculo audiissent iidem religiosi, sinistre jam de illo suspicantes, fores illius vi pulsabant: ubi vero aperire noluisse, vi illas moliri coperunt. Sed post irruptionem factam et introitum, cum ingenti stupore nihil preter unum magnum crucifixi Salvatoris simulacrum, cuius caro tam mollis erat, veluti veri hominis, repererunt.

C *k* Ibi compellatus a Superiore Joannes, ut sincere totum hoc, quidquid esset, virtute obediens fateretur, qui, sibi Dominum infantili specie (prout olim Magdalena in specie hortulanæ, et aliis in alia) a matre sua gestatum apparuisse, fassus est; cumque ubertim fleret, a matre causam fletus interrogatum respondisse, fidem et devotionem Catholicam, tam clare in Prussia florentem, ab inimicis ecclesiæ sue pesundatum iri cum magno animarum detrimento, quarum interitum fleret. Tanta Joannis innocentia Superior, et ali juxta cum illo confusi rogabant per Deum, ut sibi admissam dimitteret suspicionem: at ille de toto corde ignoscens, nec inde superbiens, in assiduo virtutum profectu, et laboribus erga proximorum salutem atatem suam consumebat. Tandem plenus meritis felicitate in Domino obdormivit anno mcccxiv *k*, die ix Octobris, in eadem Crucigerorum civitate Culmae, ex altera parte Thorunii leucus 5, et ibidem in ecclesia sancti Jacobi Apostoli in Conventu Fratrum suorum, ubi vixerat, honorifice sepultus, variis miraculis post mortem a Deo decoratus.

e Propter qua tempestive ossa ejus sancta ex primo sepulcro in tumulam, aureis stellis distinctam, translatæ et deposita fuerunt, sepulcrum illis inusitatum, sed apertum, tegumenti loco ferreos habens cancellos, infra eadem Eucharistiæ juxta altare magnum (quod hucusque durat incorruptum) edificatum, et pia hominum devotione, in necessitatibus suis invoca-

tione facta, intercessionis illius auxilium referendum celebre, ipse vero super sedem Eucharistiæ depictus *l* cernitur. Quod noscentes et videntes antiqui episcopi Culmenses cum Clero suo, illum etiam singulariter in Patronum et intercessorem apud Dominum sibi terrisque Prussiae elegerunt (illis enim temporibus id ecclesia Dei episopis permittiebat) et inter alias imagines SS. Patronorum regionum illarum illius etiam effigiem in cathedrali sua ecclesia ponî voluerunt cum tali subscriptione *m*.

n RELIGIOSUS FRATER JOANNES LOBEDAW DE THORUN: ORDINIS MINORUM, VITA, MIRACULIS ET DOCTRINA REFULSIT.

Eamdem effigiem, quoties id longa antiquitas exhibebat, hucusque renovari curarunt. Quoniam vero singulariter claruit nautarum, aliorumque navigantium in mari auxilio, dum in periculis propter obscuras noctes opem et intercessionem apud Dominum rogaretur, illis cum lumine apparebat, et ad portum ac litus feliciter periclitantes deducebat, qua de causa effigies illius cum face in manu *n* arrendi abiuste pingitur.

ANNOTATA.

E a Primum hic circa annum 1222 episcopum accepit Christianum, Ordinis Cisterciensis, et, ut volunt aliqui, cœnobii Olivensis monachum, cum tribus aliis episcopis in Prüssiam missum, quem deinde Innocentii Papæ IV Legatus sub anno 1243 confirmavit. Huic successit Henricus, Ordinis Prædicatorum, sub quo sedes episcopalis Culmzam seu Culmenzeam translata est, ubi et ecclesiam cathedralem instituit, que a priori Culmæ institutione Culmensis dici perrexit.

b Hic designantur Ordinis Teutonicæ equites, qui anno 1226 a Conrado Masoviæ duce et Terra Sancta, ubi anno 1190 Ordinis sui fundamenta jecerant, in Prüssiam evocati, plurimas res sacras ea secum deferre potuerint, quas hodieque Thorunienses venerantur.

c Aquas intelligit præterfluentis Vistulæ, in cuius ripa Thoruniensem civitatem circa annum 1231 Cruciferi considerunt.

d Verba Servatoris sunt: Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.

e De tempore, quo Thorunii, ad deinde Culmzæ Fætum fixerint PP. Franciscani, videsis dicta in Comment. præv. numm. 3 et 4.

f Particulam hanc ad Culmensem, non Thoruniensem civitatem refer, cum deinde Culmzæ, ubi vixerat, dicatur sepultus, sanctaque Jutta ex proximinis isti civitati, quas incolebat, sylvis suscipiendorum Sacramentorum causa eo recurere sapient, et Beati nostri opera in confessionibus, alias rebus, spiritum spectantibus, uti soleret, prout ex hujus sanctæ viduæ Vita, quam jam deditimus in Appendix ad diem v Maii, tom. vii ejusdem mensis a fol. 602, manifeste liquet.

g Imo Culmzæ seu Culmenzeæ. Porro ne de admiso ab interprete, Culmam hic semper pro Culmza scribente, sphalmate eadem continuo sint repetenda, pauca ex Vita S. Juttae subjicio. Num. 12 legitur: Usa est (S. Jutta) ad Confessiones... B. Joanne Lobedavio, ... qui sanctitate ac miraculis clarus Culmzæ requiescit. Et num. 16: In eadem Culmensi... SS. Trinitatis

in Virginem
Matrem pie-
tate
*sinistra
scilicet

clarus felici-
ter obit,

et miraculis
splendet.

A tis ecclesia, intra proprium, quod ab ejus nomine
hodieque appellatur, S. Juttæ sacellum, est tumu-
lata sancta hæc vidua. Iterum sacellum illud
Culmense vocatur num. 21. Denique *ibidem* num.
23 in Decreto illustriss. Joannis Lipski pro SS.
Juttæ et Dorotheæ cultu instaurando Culmæ in
cathedrali dicitur quiescere. His adde dicta super-
rius ad lit. a.

h Amorem scilicet erga Deum et humilitatem.

i Eadem hæc iisdem fere verbis a Waddingo in
Addit. ad annum 1271, num. 12, et Melissano in
Suppl. Waddingi ad annum 1264 relata inveni-
ties.

k De eo vide Comm. præv. num. 2.

l Hactenus in templo sui Ordinis, non cathedrali;
in hoc enim aliquo tantum post tempore, viso
Culmensis populi ad Beati tumulum concursu,
ab antiquis Culmensibus episcopis inter imagines
sanctorum Prussiae Patronorum ejus quoque icon
collocata est.

m Similem inscriptionem exhibent citati Wad-
dingus et Melessanus, omittentes tamen, quod mi-
raris, Ordinis Minorum.

B n Dextera; sinistra enim teste Waddingo saccu-
lum gerebat et librum.

CAPUT II.

*Antiquus Beati cultus, hæreticorum
machinationibus interruptus, sec.
xvii solenniter instauratus.*

Beati cultus A tque ita durabat hæc antiqua erga illum
A devotio aliquot seculis, donec modo ab
aliquot annis a, dum nova fides Culmam irre-
psisset, illamque domum Dei, templum S. Ja-
cobi, in stabulum et haram oppidi (detesta-
bili atque ethnico more jumentis illuc immisis)
hæretici convertissent, unusque ex hæreticis
illis faber cancellos a sepulcro hujus B. Joannis
in usum suum revulseret. Ossa etiam illius san-
cta derisui et ludibrio ab impudentibus schola-
ribus novæ sectæ habita, in eodem ipso Pa-
trum Franciscorum conventu ad templum D.
Jacobi, expulsi religiosi, studentibus hi enim
ex insolentia contra se invicem illa jecerunt
impio despectu: sed quod rursum in debitum
locum imposita cum magna admiratione repe-
riebantur in sepulcro b, sepulcrum illud una
cum ossibus terra obrutum est. Quod antequam
fieret, emotæ mentis quidam, nomine Gorczy-
ca de Lubawa, scriba episcopalis Starogro-
densis, dolens illorum deformitatem, ideoque
ea lavanti dum integra non viderentur, ex cæ-
meterio alia illis admiscent, optans illis integri-
tatem; eaque sua amentia non minus, quam
nova illa sectæ ludibrio suo honorem Sancti im-
pedivit. Nam exinde in leviorē aestimationem,
tandem et in oblivionem sepulcrum in soliditudine
illa abiit.

7 Donec Petrus Kostka c episcopus Culmen-
sis in officio suo vigilans recuperatum ab illa
secta ecclesiam d a deformitate vastationis illius
purgavit: Patres etiam S. Francisci, veluti le-
gitimos hæredes majorum, in illam reduxit;

Octobris Tomus IV.

qui quod ex provincia Polona, non Saxonica erant, prout illi, qui ante illie agebant, nihil SCHEMBEGO. etiam tamquam advenæ de honore illius Saneti sci-
verunt e. Dæmon vero illa occasione volens ipsi illudere, et Catholicam devotionem circa invocationem Sanctorum in derisum vertere, nonnullos hæreticorum in id concitat; qui scientes, Cul-
menses ad lit. a.

h Amorem scilicet erga Deum et humilitatem.

i Eadem hæc iisdem fere verbis a Waddingo in
Addit. ad annum 1271, num. 12, et Melissano in
Suppl. Waddingi ad annum 1264 relata inveni-
ties.

k De eo vide Comm. præv. num. 2.

l Hactenus in templo sui Ordinis, non cathedrali;

in hoc enim aliquo tantum post tempore, viso

Culmensis populi ad Beati tumulum concursu,

ab antiquis Culmensibus episcopis inter imagines

sanctorum Prussiae Patronorum ejus quoque icon

collocata est.

m Similem inscriptionem exhibent citati Wad-

dingus et Melessanus, omittentes tamen, quod mi-

raris, Ordinis Minorum.

B n Dextera; sinistra enim teste Waddingo saccu-

lum gerebat et librum.

At Deus malas eorum machinations in *interruptus*
laudem suam et sui Servi convertit. Ex illis E
enim sermonibus primum PP. Franciscani in-
quirere ceperunt a Catholicis majoris gætatis,
quam fuit nova illa secta, de sepulcro hujus
Saneti, et ab illis, tamquam oculatis testibus,
documentaliter informati, querendo in mon-
strato loco (ubi saepius ante hanc' notitiam odo-
ris suavitas a multis percipiebatur) invenerunt
sub pavimento novi templi fragmenta tumula-
rū illius cum aureis stellis, et sub illis confusa
ossa. Ubi vero investigari non potuit, utrum non
magis adhuc, quam ab illo Gorczyca, dum se-
pulcrum tumularetur, et malitia inhumantium
falsificata essent, ideo in occulto loco deposita
hueisque fuerunt, et porro serabuntur ex Dec-
reto episcopali potestate Concilii Tridentini Sess.
25 c. de invoc. SS. recens sub renovationem an-
tiquarum erga illum devotionis facto, donec illa
Deus aperte miraculis vera esse ostenderit. No-
bis tamen satis est hoc, quod indubitate in illo
templo requiescat, paratusque sit in celo ad
auxilium nostrum. Et in certam confusionem op-
pinionis illius de corpore ejus in ecclesia cathedrali,
ibidem ex voluntate pia memorie ssimi regis
Sigismundi tertii in castris Czezow existentis, et
potestate reverendissimi Domini Zadzik h episco-
pi anno MDCXXVII die xxv Septembris sepulcrum F
illud aperiri palam jussum est (ubi et ego, qui
haec scribo præsens aderam, Domino episcopo in
in hoc serviens) ibique in tumba integra cadavere
Germani criniti, et non Religiosi cum corona rasa,
et habitu religioso invento, grossa illa fallacia et
mendacium hæreticorum ad oculum incolis illius
loci patuit.

9 Quare Patres Franciscani curabant sepe
facultatem renovandi auctoritate publica in ec-
clesia devotionis illius sibi fieri ab hæreticis vio-
lates: sed quia hoc negotium pro ultima deci-
sione præsentia episcopi, vel saltem informatio-
nibus certis, et tempore ad illas examinandas
ab ipsa episcopali Persona (idque propter non-
nullas in illo circumstantias) indigebat, et aliæ
magne reipub. moles impediebant, illa etiam
cura effectu caruit, donec tandem Illustr. et
Reverendissimus nominatus Archiepiscopus Gne-
snensis, Joannes Lipski i episcopus Culmensis
et Pomesaniæ, anno MDCXXXVIII Culmæ degens,
ad instantiam imprimis Adm̄ Reverendorum Geor-

restauratur.

142 gii

AUCT. F.
SCHEMBECO.

gii Alexandri Dorpowski et Joannis Schmak, canonorum Culmensium, Generalium Officialium episcopatum suorum, dein etiam ad instantiam Illustrissimi Melchioris Weiheri Palatini Culmensis, et Nicolai nepotis sui Palatinae Culmensis et Captainae Radzinensis, nomine status spiritualis et secularis terre Culmensis hoc etiam atque etiam postulantum nova circa hoc inquisitione die 28 Octobris facta : et post hanc die secundam, matura deliberatione cum Prelatis suis et Theologis habita, decretum in favorem hujus Sancti tulit juxta Bullas in hac materia Pontificis Urbani VIII k, et illico die sequenti, ultima hujus mensis, die Dominica in templo eodem Franciscanorum, ipse prius habitu sacro, concessionem de processu hujus negotii propter informationem populi habitam audivit, et ibidem palam et honorifice ab admodum reverendo Officiali Pomesaniae Archipresbytero Culmensi Schmak, ab Illustrissimo Sothacoviensi Lipski, a Custode Franciscanorum Magdalencio nomine Ordinum jam dictorum tertio rogatus, decretum illud in praesentia sua exequi jussit, et effigiem hujus Servi Dei, faciem ardentem manu tenetum, sumptu suo et cum stemmate suo in illum actum depictam, monilibus, emblematisbus et inscriptionibus l ornata, cum votivis tabulis, facibus aliquis congruentibus ejusmodi actui ceremoniis exponi curavit. In honorem Dei Domini nostri, cui in Sanctis ejus honor ab omni creatura in sæcula regnanti. Amen.

ANNOTATA.

a Forte seculo integro : furere enim hæresis Lutherana in Prussia coepit non diu post annum 1525, quo Albertus, marchio Brandenburgensis, Teutonici Ordinis XXXV Magister generalis, uxorem duxit, et adhæsit Lutheri, cuius dogmatibus jam anno præcedente Noribergæ ab Osianandro fuerat imbutus. Plura in hanc rem videsis apud Raymundum Duellum in Historia Ordinis Teutonici part. I, secl. VI.

b Tribus vicibus patratum illud prodigium, refert Melissanus.

c Fuit hic XXVI Culmensium episcopus, anno 1574 ab Henrico Andegavensi, tum Poloniæ rege, ad istam cathedralm evectus.

d S. Jacobi, quæ aliquot ante annis ad Patres Franciscanos pertinuerat, non cathedralis, quæ vigili episcoporum cura ab hæreticorum furore immunis servata videtur.

e Potius illud de Beati sepulcro, ab hæreticis sus deque verso, quam de illius cultu ac veneratio scribendum fuisse, arbitror: haud dubie enim exhibiti longissimo tempore Beato cultus, nec diu valde in sola S. Jacobi ecclesia aboliti fama ad vicinam Poloniæ pervenerat, videbantque verisimiliter adhucdum aliqui, etiam ex Ordine Seraphico, quibus Culmensium nupera erga Beatum veneratio omnino erat perspecta. Adhæc

in cathedrali istius civitatis ecclesia videbatur D etiam tunc B. Joannis effigies inter alias SS. Patronorum Prussiae imagines cum citata supra inscriptione collocata.

f Scire enim is, immo, etsi ea tempestate annum ætatis tantum 36 egisset, audire ex idoneis testibus adolescens potuerat, supra B. Joannis ossa numquam ex primavo apud Patres Franciscanos sepulcro ad ecclesiam cathedralem fuisse translata. Quod cum plebi, noris semper rebus delectari fidemque habere solitæ, non ita constaret, facile in impiorum laqueos incidere, et sacrilego comento fidem præstare potuit.

g Profecta sane ætatis oculati hi testes tunc fuerint, oportet, immo octogenariis majores, si a principio, quo Prussiam regiam invasit Lutherana hæresis, in Beati nostri tumulum aliasque res sacras sevicerit efferauta istius sectæ audacia: quod eo tempore factum fuisse, tum Melissanus in Ad dit. Waddingi ad annum 1264, tum ipse Waddingus ad annum 1261 testantur. Certe qui sub anno 1525 in Prussiam irreperserant Lutherani, eo devenerant audacie, ut coercendæ in sola civitate Gedanensi eorum saevitæ Sigismundi, Poloniæ regis, præsentia via sufficeret.

h Jacobus Zadzik anno 1624 Joanni Kuczborski in episcopatu Culmensi succedit, anno deinde 1634 ad Cracoviensem cathedralm translatus.

i Is, antea Referendarius regni Polonici, successerat anno 1634 prælaudato Jacobo Zadzik.

k Declararat hic Pontifex, quod per supra scripta (bullam anno 1625 editam, qua propter abusus in ecclesiis irrepentes prohibuerat cultum publicum erga eos, qui beatificati aut ab Apostolica Sede canonizati non essent) præjudicare in aliquo non vult, neque intendit ii, qui aut per communem Ecclesiae consensum, vel immemorabilem temporis cursum (quo intelligi tempus centum annorum metam excedens, alia deinde bullæ anni 1634 significavit) aut per Patrum Virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia ac tolerantia Sedis Apostolice vel Ordinarii coluntur. Ex quibus, Beato huic, aliquot a seculis, tolerantibus Ordinariis, culto locum in Operæ nostro fuisse concedendum, facile quivis intelliget.

l Inscriptiones has, a dextra lævaque Beati imaginis ab illustrissimo Lipski positas, exhibet jam sepius citatus Melissanus. Ita habent: D. Joanni Thorun. Minorite Præsulis optimi Joannis Lipski pietate in honoribus instaurandis redivivo S. P. Q. C. suo Tutelari antiquo gratulatur exultans. Atque hec quidem a dextris; a sinistris vero leguntur sequentia: D. Joanni Pruteno Ordinis Minorum antiquos honores, a perfidis profanatos, pie restituens Joannes Lipski Culmensis, et Pomeranie (seu potius Pomesanie) antistes, ejus patrocinio se, suasque oves pastor indignus supplex commendat.

INDEX